



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

32 Abbatissa non minor 40 annis, & quae octo annis post expressam
profeßionem laudabiliter vixerit, eligi potest.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

- & Conc. Trid. *cap. 3. & 8. de reform. sess. 23.* minusque familiarem non subditum, nisi per triennium secum fuerit commoratus, potest Episcopus sine sui Ordinarij dimissorii ordinare, & tunc illi statim beneficium conferre tenetur, Conc. Trid. *c. 9. de reform. de sess. 23.* & ex causa occulta potest Ordinarius ascensum ad ordines superiores ordinatis interdiceret, *cap. ad aures, de temp. ord. & Conc. Trid. cap. 1. de reform. sess. 14.*
24. Episcopi † Ecclesiasticum, quæ in partibus infidelium consistunt, qui titulares vocantur, etiam si in loco nullius diocesis, etiam exempto, aut in aliquo monasterio cuiusvis ordinis residerint, aut moram traxerint, vigore cuiusvis privilegij, etiam prætextu familiaritatis, & continuæ commensalitatæ suæ absque proprii Prælati expresso consensu, aut litteris dimissorijs, sub eisdem pœnis aliquos ordinare non possunt, Concil. Trid. *cap. 2. de reformat. eadem sess. 14.*
25. Sacris ordinibus † initiatos non decet mendicare, nec aliquem sordidum quæstum exercere, *cap. Diaconi sunt, §. mendicat infelix 93 dist.* & ideo ad eisdem ordines factis promoveri nemo debet, † nisi beneficium ecclesiasticum, aut patrimonium, vel pensionem habeat, quibus se commode possit sustentare, *cap. neminem, c. 6. Sanctorum 70, dist. & Conc. Trident. in cap. 2. de reformat. sess. 21.* † Ordinum autem collatores, eorumque ministri nihil pro collatione ordinum capere possunt, *c. sicut Episcop. 1, q. 2, c. 1, de simo.* nec etiam à sponte offerentibus, Conc. Trid. *cap. 1. de reformat. sess. 21.* Notarii tamen in locis, in quibus non viget consuetudo nihil accipiendi, pro singulis litteris dimissorijs, aut testimonialibus decimam partem tennus aurei accipere possunt, ut *eodem c. 1, sess. 21.*
29. Duo sacri ordines, † eodem die conferri non possunt, quibusvis privilegijs & indultis concessis non obstantibus, *cap. litteras, & cap. dilectus, de temp. ord. & Conc. Trident. cap. 13, de reform. sess. 23.* Temporis intervalla, & ætate singulis ordinum gradibus antiquitus præscripta, ut *cap. in singulis cum omnibus seqq. 77, dist. penitus sublatis, ætas impedit promotionem.* Infans enim † promoveri non potest ad primam tonsuram, *cap. ult. & ibi gloss. in ver. infanti, de temp. ord. in 6.* & infans dicitur, qui septimum annum non explevit, gloss. *in cap. de his in verbo infantia, 28, dist. & Alexand. in l. si infanti, nu. 1, c. de jur. delib.* Ad Subdiaconatus ordinem ante 22, ad Diaconatus ante 23, & ad Presbyteratus ante 25. † (ux ætatis annum nemo potest ordinari, Conc. Trid. *c. 12, de reformat. sess. 22,* & sufficit per diem annum attingisse cum, completo, & elapso 24 ante 25. dici non possit, & sic de reliquis, gloss. *in cap. cum in cunctis, in ver. exegerit,* ubi est speciale in Episcopo, quod annus sit completus, & in alijs inferioribus sufficit attingisse, & ibi Abb. *nu. 6, de elect. & gloss. in Clem. generali in ver. in decimo octavo, de atar. & qualif.* † Abbatissa non minor 40. annis, & quæ octo annis post expressam professionem laudabiliter vixerit, eligi debet, & si his qualitatibus non reperiat, ex his, quæ annum trigessimum excesserint, & quinque annis post professionem rectè vixerint, eligi potest, *c. indemnitatibus, de elect. in 6. & Concilium Trid. cap. 6, de reform. sess. 25.* † Inquisitor hæreticæ pravitatis minor annis